



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 48. De obligationibus & actionibus quæ oriuntur ex pignore, ac cuius
sit damnum; deq; modo quo finitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

pro administratione bonorum pupilli, & bona curatoris pro administratione bonorum minoris. Quod paratione dicendum est de bonis Prælati pro administratione mala bonorum Ecclesiæ, ex Panor. ad Cap. Ex literis, de pignorib. n. u. ii. quia Ecclesia æquiparatur minori, ex Cap. i. De in integr. restitut.

583. Tertio, ex lege Si mater, Cod. In quibus causis pignus tacite contrahitur; si mater suscepta liberorum tutela, secundo nupserit, antequam aut iisdem liberis fecerit tutorem ordinari, aut perfoluerit, quod eis deberet ratione tutela gesta; tam bona ipsius, quam secundilius mariti, sunt tacite hypothecata iisdem liberis.

Quarto, ex lege i. Cod. Communia de legatis; tacita hypotheca contrahitur in bonis testatoris, pro piis legatis ab ipso factis.

Quinto, ex lege Si tutor. Cod. De seruo pignori dato manumisso, res emptæ pecunia pupilli, aut minoris, sunt illis tacite obligata.

Sexto, ex lege Cum oportet, Cod. De bonis, quæ liberas, &c. bona patris tacite obligantur filii pro horum rebus aduentis, quarum ille habet administrationem; quia licet vnum fructum habeat; dominium tamen est penes filios.

Septimo, ex lege Hac editali, Cod. De secundis nuptiis; si pater, vel mater secundum matrimonium contrahat, omnia bona ipsius sunt tacite obligata filii prioris matrimonii, pro bonis quæ defunctus parens illis reliquit.

Octavo, ex l. secunda. Cod. In quib. caus. pignus, &c. bona illius, qui contrahit cum fisco, sunt eidem tacite hypothecata, ut & pro tributo eidem solvendo, ex præcedenti lege prima; bona item illius, qui conducebat ab ipso fisco vestigia, aut tributa, ex lege Si cū pecuniam. Cod. De priuilegio fisci. Non contrahit autem hypothecam tacitam, si quis propter delictum debeat fisco pecuniati am pecuniam, habetur ex lege Eorum, Cod. De iure fisci.

Nono, ex lege Interdum, ff. Qui potiores, in pignore; is qui pecuniam mutuauit ad reficiendam, vel armadam nauem, habet tacitam hypothecam in eadem nau; non autem si mutuauerit ad emendam, ut locis citatis habent Hostiensis, & Sylvestri.

Idem iudicium esse, de eo qui mutuam dedit pecuniā in restitutionem, seu redificationem adfiscit, habetur ex lege i. ff. In quib. causis pignus, &c.

584. Decimo, ex lege Item quia, ff. De pactis, & lege Eo iure, ff. In quib. causis pignus, &c. in habitationibus & prædiis urbanis locandis, quæ inuecta, & illata fuerint, hypothecantur tacite locatori pro pensione seu mercede locationis. Idem est dicendum de inuecta, & illatis in horum, aream, vel diuersorum conductum; ex lege Si horum, ff. In quib. causis pignus, &c. Idem etiam de inuecta, & illatis in stabulum domui coniunctum; ex lege Eo iure, ante citata.

Circa quod aduertere primo, inuecta dici, quæ iumentorum vectura; inducta vero, quæ manu, & illata quæ dorso imposita, intramittuntur, ut memoratas leges notat gloss. Aduertere secundo, ex lege i. §. penult. ff. De migrando; aliena non posse pignoris nomine retiniri, nisi loco pignoris inducta sint; quo causa locator ius ea retinendi haber aduersus inquinatum nolentem solvere mercedem locationis: non item si illata sint tanquam aliena, quia verus dominus ius habet repetendi ea tanquam sua. Aduertere tertio, quod si inquinatus rem inuectam alienet, ea semper maneat obligata, quia ius pignoris ita ad rem transit, ut semper eam lequeatur; exceptis mercibus quæ per venditionem (ex leg. penul. ff. de pignorib.) ab onere pignoris liberantur, & transiunte ad eas merces, quæ loco illarum reponuntur; quoniam ea est natura mercium ut distrahabantur, & alia carum loco comparentur. Attra men si locator manu aliquibus iniicerit, & in pignus sumpserit, ea tanquam specialiter obligata transiunt in empore cum illo onere.

Aduertere quarto, differentiam esse inter prædium rusticum, & prædium urbanum, quod (ex lege Eo iure, ff. In quib. cau. &c.) illata in prædium rusticum non obligentur.

tacite locatori; nisi de eo expresse conuentum sit: quia prædium rusticum communiter habet fundum profectum fructum quiloctori, etiam si nominatum non conuenit, tacite obligatur, ex lege I. prædiis, cod. tit. Illata vero in prædium urbanum tacite obligentur locatori, etiam si nihil de eo expresse conuentum sit, ex citata lege Eo iure, & ex sequenti lege Licet. Aduerte postremo; ex l. Quamvis fructus, Cod. cod. tit. quamvis fructus prædiis rusticis sint tacite obligati, prædia tamen quæ emuntur ex eundem fructuum pretio, non manere obligata tacite. Atq; haec fere certa sunt.

D V B I T A T V R autem; at qui mutuam dedit pecuniam ad alicuius rei emptionem, habeat tacite hypothecam, posito quod pecunia expresse mutuata fuerit causa atque respectu dictæ emptionis, ac de facto expensa fuerit ea de causa, & expendi necessarium fuerit. De quare dissentient Iurisperiti, ut videtur est apud Couar. lib. i. variar. resolut. c. 7. n. 3. vbi pro vtracq; parte varios citat. Quamvis autem partem affirmantem possit posse putare; negantem tamen sequentiam censem; quia ex iure nihil habetur de tali hypotheca tacita; sed solum de priuilegio personali, quo præferatur aliis creditoribus; aut de hypothecae expresa, hoc est, de qua creditor expresse conuenit cum debitor.

Qua responsio adhiberi potest ad alia multa similia, qualia sunt; An qui vendit rem suam credita pecunia habeat illam tacite hypothecatam pro solutione pretij. An qui administrat bona ciuitatis, habeat huic tacite hypothecata bona sua. An bona furiis sint tacite hypothecata pro restituitione rei futuri. Namque ex iure nihil habetur de tali hypotheca. Quamquam ex lege Julianus. §. Offerri, ff. De actionibus empti, & venditi, is qui vendit rem suam credita pecunia, paret eam quasi pignus retinere, id est, non tradere donec totum premium ei solutum sit; sique ciuitas habeat fiscum, ut solet libera non habens priuilegium, locus erit hypothecæ tacite, ex praeced. n. 83. veri. O statu casu.

His addendum videretur, qui potiores in pignoribus & hypothecis habentur; qua de re est Digestis tit. 4. lib. 20. & Cod. tit. 18. lib. 8 sed sufficiunt dicta nobis in præced. par. 2. lib. 10. cap. 17.

CAP V T XLVIII.

De obligationibus, & actionibus que oriuntur ex pignore; ac cuius sit damnum; deg. modo quo finitur.

S U M M A R I V M.

585. *Tres obligationes quæ ex pignore oriuntur ex parte debitorum illud dantur.*

586. *Six quæ ex parte creditoris pignus ipsum recipienti;*

587. *Sexus, prime.*

588. *Tres causas in quibus creditor licite ut potest pignore.*

589. *Reliquæ obligationes.*

590. *Actio que erit ex pignore quedam est pignoratio, & quedam hypothecatio.*

591. *Pignoratio quedam est directa, & quadam contraria.*

592. *Quatenus creditore fructus ex pignore perceptos, etiam si debitor eos non perceperit, teneatur computare in sortem.*

593. *Quatenus teneatur computare fructus quos non percepti quidem, sed sua negligencia.*

594. *Quatenus teneatur computare fructus quos non percepti quidem, sed sua negligencia.*

595. *Ad quam pensionem teneatur, si re oppignorata reatur.*

596. *Ducdecim modi quibus finitur pignus.*

Obligationes quæ oriuntur ex pignore.

S E C T I O N I.

E X parte debitoris dantis pignus, seu hypothecam originantur tres obligations. Prima, ne rem vni creditoris daram pignori, der adhuc alteri, seu secundo creditoris,

586.

591.

quia

qua alterutri facret iniuriam, nisi ipsa sit maioris aestimationis, aut saltu tantæ, quantæ est verumq; debitum, iuxta antedicta nu. 578. Secunda est, qua debitor tenetur solvere omnes expensas necessarias à creditore circa pignus ne periret, aut deterioraretur, ex lege Si necessarias, & lege Si seruos, ff. De pignoratitia actione. Expensas autem non necessarias, etiamq; vriles, non tenetur solvere, nisi virilitas cedat in bonū ipsius debitoris, nec sint nimis magna, prout notant in verbo Pignus Angelus §. 15. & sylva qu. 13. ad idq; facit memorata lex Si seruos. Tertia debitoris obligatio est, quod non possit repeter pignus donec integrum debitum soluerit, itaut creditor ipsum iure retineat, quantumuis ille maiorē partem debiti soluerit, ex lege Quamdiu Cod. De distractione pignorum.

Ex parte autem creditoris pignus habentis oriuntur sex obligationes. Prima est, curare ne pignus pereat, aut siatur deteñi, itaut tenetur ad restitutionem talium dannorum, siquidem contingit ipsius dolo, aut lata, vel leui culpa, ex lege Si cum vederet, §. Venit, & ex lege Ea iugatur, ff. De pignoratitia actione. Non autem si culpa levissima, aut casu fortuito, ex lege Quæ fortuitis. Cod. De pignoratitia actione, & Institutis, §. finali; Quibus modis re contrahatur obligatio, nisi creditor ipse fuerit in mora restituendi id ipsum pignus, aut conuentum fuerit, ut de culpaciensi levissima, & casu fortuito teneretur, prout monit Sylla, in verbo Pignus qu. 14. & Nauar. in Enchir. c. 17. n. 203. Secunda obligatio est, vt creditor non possit vi pignore, ex lege Si pignore, ff. De fortis, & per consequens tenetur ad restitutionem quantum valer talis vñus.

Sed excipiendi sunt tres casus. Primus est, quando eiusmodi vñus credit in bonum debitoris. Sicque in lege Creditor i. ff. De pignoribus, dicitur, quod creditor prædia sibi obligata ex causa pignoris, locare re ebe posse, quia nimur prædia solent meliora fieri per culturam. Secundus est, quando pignus ex vñu nullum patitur detrimentum, ut cum quis vase accepto in pignus, semel aut bis vñti in conuiuio. Tertius, cum vñu pignoris talis est qui gratis, & communiter cocedi solet inter amicos, vel lectio libri. Quem casum ex D. Thoma habent D. Anton. 2. par. tit. i. 15. §. 3. & Nauar. in Enchir. c. 17. n. 203, addentes cum vñus non fuerit talis, etiamq; fiat cum voluntate domini, siue explicita, siue implicita, vñram committit, quando videlicet iste pretio astimabilis, ac conceditur ratione mutui, iuxta communem doctrinam de vñra. Aduerre vero casus hōs intelligendose sibi dummodo expresse debitor non prohibuerit talenta vñsum, aut talis vñus non cedit in detrimentum debitoris, ut cum in pignus datum est equus, aut vestis pretiosa, vas argenteum, torquis aureus, & c. ipso, quod debitor cognolitur illa pignori dedisse, incipit minoris fiducia ut astimationis esse apud alios.

TERTIA obligatio est, qua creditor tenetur resarcire damnum prouenientia ex vñu pignoris ei non permisso, ut ex excisione arborum, vel dirutione domus, iuxta legem Creditor i. Cod. De pignoratitia actione. Et confirmatione, quia si tenetur de lata, aut leui culpa, tenebitur quoq; de domino per eam daro. Quarta est, qua tenetur ad restitutionem omnium fructuum pignoris quos perceperit, aut percipili debuit: ex lege Creditor i. eodem titulo. Qua de te plenius Molina dis. 535. in principio. Quinta est, quam idem ibidem per sequitur, ut creditor si id in cuius securitatem pignus ei datum fuit, non tradiderit, restituerat acceptum, quia tunc ipsum desinat rationem habere pignoris. Idem indicimus est, si aliquid datum sit in pignus sub conditione quæ non est impleta, tam hoc, quam illud, haberet ex lege Solutum, §. Si quasi, De pignoratitia actione. Postremo obligatio est, qua creditor soluto sibi integro debito, tenetur debitori pignus restituere. Ea enim est natura pignoris, ut ipsum finiatur facta integra debiti solutione, iuxta post dicenda in sec. quarta.

Actiones que oriuntur ex pignore.

SECTIO II.

Quo d'attinet ad actiones que oriuntur ex pignore, una est quæ dicitur pignoratitia, & altera quæ hypo-

thecria, illa que nascitur ex contractu pignoris per quem mutua obligatio inducitur inter debitorem dantem, & creditorem accipientem pignus. Hæc vero iure ad i. hoc est, ex iure quod creditor acquiuit ad pignus, villicud retinere possit, vel recuperare, si fuerit eo ablatum, vel alienare, si ei non sit solutum debito tempore, Institutis, §. Item Seruiana, De actionibus. Quæ eadem actio cōpetit non tantum creditori: sed etiam hæredib. ipsius, ex lege i. Cod. Si vñus ex plurib. heredib. creditoris, &c. cōpetit etiam non tantum contra creditorem, sed etiam contra hæredes ipsius, ex seq. legi 2. immo & contra tertium possellotem: adeoq; eum, qui rem pignoratam emit a debitor vendente, ut satisfacret creditori, nec satisficerit, ex lege Distachis, Cod. De pignorib. Et ratio est: quia talis actio est realis, seu nata ex iure acquisito ad i. ut intelligitur ex leg. Pignoris, Cod. De pignoribus & proinde le iure currit ipsam apud quemcumq; sit.

Pignoratitia autem aetio quedam est directa, quædam contraria. Directa est (ex leg. Pignoris Cod. De pignoratitia actione, & ex lege Si rem alienam i. ff. eodem tit. que debitor si debitum soluerit, omnino q; latifecerit, cōpetit aduersus creditorem, ad repetendum pignus suum, & torum quod sua interest: fructus nimur aum pignoris, & damna accepta dolo, aut lata, vel leui culpa creditoris. Ea enim est conditio contractus celebrati vñiusque contrahentis utilitatem. Contraria vero actio est, qua contrario cōpetit creditori ad repetendas expensas quas necessario aut utiliter fecit in pignore conferendo: itaut possit pro eis recuperare id ipsum pignus, ex lege Si necessarias, ff. De pignoratitia actione. Competit quoq; si debitor rem alienam impignorauerit domino ignorantie, aut propriæ quidem, sed tam alteri obligatam, cum ramea ea non insufficiat utriq; quod habetur ex eis. lege Si rem alienam. Aut si as pro auro in pignus dederit, ex lege Si quis in pignore, ff. De pignoratitia actione. Quod paratione dicendum est, si alia similes fraudes interueniant.

E explicatio questionis, cuius sit rei damnun aut commodum in pignore.

SECTIO III.

Pignus, quia in eo nec rei dominium, nec vñus transfertur, detrimentum accipit in damnum, & fructificat in commodum dantis, apud quem dominium illius maner, exceptis casibus quos in preced. num. 589. attigimus. Dubia vero quædam hoc loco occurrant explicanda de fructibus pignoris.

PRIMUM EST. An creditor tenetur in fortem computare fructus ex pignore perceptos, quos debitor non erat alias collectus, imino nec colligere cogitabat, ut cū in pignus datur ager qui negligenter debitoris est sterilis, & diligenter creditoris fit fertilis: aut est domus, quam debitor locare non solebat, & creditor eam locat certa mercede, aut est equus indomitus, ideoq; inutilis, & industria creditoris factus est vñlis, & locatur. De qua re cōtra Sotum in lib. 6. De iust. & iure qu. 1. art. 2. sub finem, tenendum videtur cum Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 216. creditor etiam tunc teneri fructus computare in fortem: quia ad id sufficit tales fructus esse rei pertinentis ad debitorem, neq; creditorum habere iustum ritulum, quo sibi contineat possit, nisi quantum ipsius diligentia & industria mereatur. Nec obstat quod debitor non esset fructus eos percepturus: quia satis est, quod sint fructus rei sua. Nec item quod debitor i nullum detrimentum inde afficeret: quia obligatio talis restitutio non oritur ex damno illato, sed ex re aliena; quæ fructificans, domino suo fructificat. Nec deniq; quod lucrans sua industria ex deposita pecunia, acquirat sibi tale lucrum, quia illud est ex sola industria ipsius, non autem ex re: quandoquidem pecunia sterilis est de se, & non tantum ex domini negligencia aut inertia. Paratione ex Nauar. ibidem sentiendum est debere creditorem restituere fructus quos sua industria multo plures aut maiores ex pignore accepit, quam pignus ipsum apud debitorem reddere solebat: ita ramen ut possit deducere, quod per suam industriam ipse mereatur.

594-

S E C V N D V M D V B I V M E S T. An creditor reneatur computare in fortem non tantum fructus perceptos, sed etiam eos quos percipere debuit, sed sua negligientia non percepit? Vbi adiurte certum esse inter Doctores, tenerit tanquam fraudulentum, si dolo, aut lata sua culpa non percepit; ut cum dominus accepta in pignus solita erat locari, & neglexit locare, cum offerrentur conductores: non tenuit autem, si levissima tantum culpa sua, aut casu fortuito non percepit. Ideoq; difficultatem in eo tantum esse; an reneatur quando non percepit leui sua culpa: De qua re contra Hostiensem in summa tit. De pignoribus, §. Quando efficaciter, sentiunt in verbo Pignus. Angelus, §. 12. Sylla, quest. 11. Rosella num. 8. Armillaria, §. quod teneatur; quia cum pignoratio sit in bonum utriusque partis, creditor tenetur eam diligentiam adhibere in conservando pignore, ut non imputetur ei leuis culpa & negligenta; ex qua si debitorum damnum contingat, ipsum refaciare teneatur; siue contingat in pignore, siue in fructibus pignoris; tam is quo prorulit, quam quo proferre debuit, iuxta illud, quod in lege Creditor qui predium, Cod. De pignoratitia actione, statutum creditorem debere computare in fortem fructus quos percepit ex pignore, vel percipere debuit. *Quod etiam habetur ex lege z.* Cod. De parte pignoris, & omni causa.

595-

T E R T I U M D V B I V M E S T. Quam pensionem teneatur in fortem computare is qui domo aut alia re sibi in pignus data vitetur: Ad quod dicendum videtur primo; tenerillam tantum pensionem computare in fortem, qua accepisset ab alio cui talem rem pignoratam locasset; seu secundum aestimationem, qua conducti & locari dominus communiter soleant. Ira contra Speculatorum, cum Panorum ad Cap. Cum contra, De pignoribus, n. 10. habent in verbo Pignus. Angel. §. 13. & Sylla, n. 12. Ratioq; docet; quia creditor non est alterius conditionis quam alius conductor. Id quod procedit quantumcumque aliam domum habuerit in qua habitare posset. Nam co ipso, quod domum pignoratam non locauit cum posset, tenerur refaciare damnum per id dolo, aut lata sua culpa, vel leui datum; adeoque computare in fortem, pensionem eam quam poterat accipere, si aliis qui offerebantur, locasset. Non procedit autem quando sufficiente adhibita diligentia conductorem non inuenit; tunc enim ad nihil tenetur, licet propria domum locauerit, in pignoratam migratus ad eam conseruandam, habitando in ea.

Modus quo finitur pignus.

S E C T I O N E IV.

596-

DE hac re, quam Molina per sequitur sepe memorato tract. 2. disp. 537. extat Digestis titulus Quib. modis pignorum, vel hypotheca solvitur; vnde habetur pignus finiri primo solutione integra debiti; 1. Item liberatur. Secundo, remissione creditoris, qua debitum remittit, vel ab hypotheca recedit, lego Solvitur. Tertio, alienatione pignoris facta de consensu debitoris, lego Si consensu. Quarto, finito tempore constituto illius durationi, lego Item liberatur. Quinto, si creditore deferente iuramentum debitori, si iuret se non esse debitorem, aut si lata sit sententia absolucionis in favorem debitoris, lego Si deferente. Sexto, exemptione; nempe si creditor emit pignus a debitore, lego Titius. In qua additur septimus modus, subscriptione creditoris; nempe si subscripti instrumento in quo debitor proficitur alteri secum contrahenti, eam rem nulli esse obligatam. Addit ostantum, si solutum sit creditori ex ipsius voluntate, vel alio quocunq; modo satisfactum sit debito de consensu debitoris, iuxta lego Si rem alienam, §. Omnis pecunia, ff. De pignoratitia actione. Item nono, redditione instrumenti publici, seu traditione scriptura de pecunia mutuata vel credita, iuxta legem Labeo, ff. De pactis, & legem Creditricem, Cod. De remissione pignoris. P. eterea, decimo, si debitor offerat debitum creditori, qui non vult accipere, & ideo debitor coram testibus fide dignis, pecuniam in marsupio obsignato depositum in loco religioso, vel apud hominem fidem, iuxta leg. Nec

creditoris, C. de pignoratitia actione. Adhuc vnde decimo, nouatione, ex lege Solutum, §. 1. ff. De pignoratitia actione, & ex leg. Nouatione, ff. De nouationib. Est autem nouatio prioris debiti in aliam obligationem translatio, hoc est, cum ex praecedenti causa, ita noua constituitur, vt prior perimitur, prout habet textus in eod. tit. De nouationib. leg. prima. Denique duodecimo, ex consensu creditoris, sicut & ex eodem consensu contrahitur, iuxta legem Si probatur, Cod. De remissione pignoris.

C A P V T X L I X.

De pactis & distractione pignorum, ac de transactione.

S V M M A R I V M.

- 597 Quando sit, vel non sit licitum pactum, vt si debitum non solvatur tempore constituto pignus transcat ad dominium creditoris.
- 598 Tale pactum vitiatur, si sit vt fructus antecepiti, sunt creditoris, requiritur, vt iustum pretium intruenerit.
- 599 Illicitum est pactum, vt pignus habeatur in feudum, item, vt redimere non possit.
- 600 Licitum est cum fideiussore pactum in pignore, perinde ac cum creditore.
- 601 Pacta legio commissoriae.
- 602 Debitor liberatur a debito, pignore amissio; creditor vero, acceptum retinere potest quandiu ei non solvit integrum.
- 603 Quod posuit illud alteri pignorare, & quatenus.
- 604 Aliquot documenta de potestate quam creditor habet vendendi pignus sui debitoris.
- 605 De tribus casibus in quibus venditio pignoris potest contingere, & qualiter in unoquaque eorum sit procedendum.
- 606 Documenta de transactione.

Notanda de pactis pignorum.

S E C T I O N E I.

QVædam supersunt antedictis addenda de pactis pignorum. Primum est, quod si inter debitorem & creditorem conueniat, vt si debitum non solvatur tempore constituto, pignus cedat in ius & dominium creditoris, ac pro vendito habeatur (nempe debito ipso rationem pretii habeante) pactum non valeat; vt nota Hostiensis in summa, tit. De pignoribus. §. Quibus pacti; sequunturque Angelus, in verbo pactum, q. 18. Sylla, cod. verbo, q. 14. & in verbo pignus, quest. 5. & Nauar. in Enchir. cap. 17. num. 203. Et communem sententiam esse haberetur ex Couar. in lib. 3. variatio, resolut. cap. 2. num. 7. per Cap. Significante, De pignoribus, & legem ultimam, Cod. De pactis pignorum. Pro qua Panorm. ad idem Cap. nu. 7. rationem adserit; quod pignus soleat esse maioris pretij quam debitum, ideoque tale pactum mutuantibus absolute concedere, sit viuram passim inducere.

Verum si ciuiliudi pactum geret non quidem in lucrum creditoris; sed potius in pecuniam impositam, ad correspondam debitorum contumaciam in non solvendo, tunc non esset censendum illicitum; dum modo non accipitur plus, quam sit iuste debitum, seruatur; iustum ipsum pignoris pretium (prout ex Panorm. D. Anton. & Sylla. Nauar. habet incit. 203.) & interuenient mutuus contrahentium consensus, aut iudicis sententia, abfugit; fraus; iuxta ante tradita in cap. 12. causa nona. Quæ vide; & specialiter memineris haberi ex cit. Cap. Significante (quod ad ilud. num. 3. nota Panorm.) talem pecuniam non incurere debitorum, quando vere non potuit solvere. Id enim propterea inculandum est; quod periculum sit ne in eo plerumq; peccetur.

Secundum est, præsumum pactum; nempe vt pignus in pecuniam pro vendito habeatur, nisi ad præfixum tempus redima-